

ubi rescivi mihi data esse verba.

PHIL. Vae misero mihi,  
propter meum caput labores homini evenisse optumo. 945

HE. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis:  
gratiis a me, ut sit liber, ducito.

PHIL. Edepol, Hegio,  
facis benigne. sed quaeso, hominem ut iubeas arcessi.

HE. Licet.  
ubi estis vos? ite actutum, Tyndarum huc arcessite. 950

vos ite intro. interibi ego ex hac statua verberea volo  
erogitare, meo minore quid sit factum filio.  
vos lavate interibi.

PHIL. Sequere hac, Philocrates, me intro. –

PHIL. Sequor. –

## V, 2

## HEGIO, STALAGMUS

HE. Age tu illuc procede, bone vir, lepidum mancipium meum.  
STA. Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autumas? 955

fui ego bellus, lepidus: bonus vir numquam, neque frugi bonae,  
neque ero umquam, ne <erres>: spem ponas me bonae frugi fore.

HE. Propemodum ubi loci fortunae tuae sint facile intellegis.  
si eris verax, tua ex re, facies ex mala meliusculam. 960  
recte et vera loquere, sed neque vere neque <tu> recte adhuc  
fecisti umquam.

STA. Quod ego fatear, credin pudeat cum autumes?

Als ich merkte, dass man mich betrogen hat.

PHIL. Mir Armem, weh, 945  
Dass um meinetwillen Leid dem besten Manne widerfuhr!

HE. Deshalb sollst du denn auch keinen Heller zahlen mir für ihn:  
Nimm umsonst ihn mit dir; er sei frei.

PHIL. Bei Pollux, Hegio,  
Du bist gütig. Doch ich bitte, lass ihn holen nun!

HE. Es sei!

(Zu Sklaven)  
He, wo seid ihr? Geht sogleich und holt uns Tyndarus hierher! 950  
(Sklaven ab.)

(Zu Philopolemus und Philocrates)  
Ihr geht schon hinein! (Deutet zu Stalagmus) Indes will ich das  
Prügelstandbild hier

Ausfragen, was mit meinem jüngeren Sohne wohl geschehen ist.  
Nehmt ein Bad indessen!

PHIL. Komm herein, Philocrates.

PHIL. Ich komm.  
(Beide ab ins Haus.)

## V, 2

## HEGIO, STALAGMUS

HE. Tritt doch näher her, du, guter Mann, mein feiner Sklav!  
STA. Was soll ich schon tun, wo solch ein Mann wie du Verkehrtes 955  
sagt?

Ich war nett, war fein, doch nie ein guter Mann noch brav noch  
werd

Je ich's sein: mach dir nur keine Hoffnung, dass ich brav sein  
würd.

HE. Wo so ungefähr dein Schicksal stehn mag, siehst du leicht wohl  
ein.

Bist du aufrichtig, ist's dein Vorteil – etwas besser doch als  
schlecht.

Recht und wahr sprich – freilich weder wahr noch recht hast  
du bis heut 960

Je getan.

STA. Was ich gesteh, glaubst du, ich schäm mich, wenn du's sagst?